

HABET HIC TOMVS

DN. VDALRICI ZASII

I V R E C O N S V L T I C L A R I S

S I M I, S E Q V E N T I V M E D I G E S T I S
titulorum Lecturas.

De exceptionib. seu praescriptionibus
& praedictis.

De exceptione rei iudicatae.


De diuersis & temporalib. praescript.

De doli mali & metus except.

Quarum rerum actio non datur.

De litigijs.

De actionibus & obligationibus.



*Cum inclytæ Cæsareæ Mates. & Christianiss.
Regis Galliarum priuilegijs.*

B A S I L E A E
A P V D M I C H. I S I N G R I N I V M,
A N N O M. D. X L I

I N D E X.

RERVM ET VOCVM

QVAB HOC LECTVRARVM
opere tractantur, Index.

Absentis bona uendi nō possunt pag. 173. uers. 41.

Accessio ubi datur 78.19

Accursij error 190.22

Accusatio falsi cum petitione hereditatis cumulat 230.25

Accusatio non relinquenda 169.4

Aedificium solo cedit 235.24

Aeger promittens si conualuerit, promissionem reuocat 169.25

Aequitas Lesbia norma 172.21

Aestimatio instar emptionis est 66.24

Aestimatione habita, res nihilominus peti potest 295.34

Actio quid 254.17

Actio quid requirat 11.6

Actio directa 264.22

Actio in rem, quae dicitur petitio 303.24

Actio in personam 303.34

Actio sine causa non proponitur 11.4

Actio ex naturali obligatione non nascitur 188.2

Actio personalis quomodo in specie proponatur 109.28

Actio personalis obligationē praesupponit 102.29

Actio personalis de natura sui sese limitat 203.22

Actio personalis in genere proponitur dupliciter 104.9

Actio redhibitoria durat sex menses 137.32

Actio rei persecutoria 303.39

Actio ex stipulatu inter absentes 238.2

Actio quanto minoris, ubi potissimum utilis sit 139.10

Actio ex stipulatu datur ex doli clausula 202.7

Actio quanto minoris duplex est 138.22

Actio quanto minoris anno durat, 137.34

Actio quanto minoris aliquando in sese redhibitionem continet 137.41

Actio contraria tutelae, quando datur, 270.38

Actio de dolo est bima 228.29

Actio doli concursus alterius actionis non patitur 291.43

Actio ex contractu, 304.13. ex factio, 304.16

Actio in factum quare dicitur 304.18

Actio passi metus datur contra quemcumque successorem 223.20

Actio excommunicati non impeditur si alteri cedatur 215.10

Actus agentium quantum operetur, 221.35

Actiones confessoriae & negatoriae, 252.16

Actiones dativae & nativae quae dicantur 256.8. & 10

Actiones personales & reales quo differant 102.21

Actiones reales aliquando nascuntur ex varijs figuris causarum 256.8

Actionis nomine continetur exceptio 6.21

Actor & reus in agendo & defendendo parificantur 25.4

Actor contrarijs actionibus experiri non potest 24.33

Actor & reus quib, casibus parificantur 6.40

Actor & reus in quibus differant, 7.23. & 8.10

Actor non potest prosequi ius quod ei post litem contest. adueniret, 8.11. nisi ius superueniret ex causa individua de praeterito, Ibid. 23.

Actoris impedimenta quae sint 151.21

Ad obligandum animus requiritur, 266.24

Administrator intra quae tempora conueniri possit 172.3

Aduocatus errans errorem reuocat, 140.28

Adiuncta 4.20

Affecta 4.16

Agere, pro defendere 6.16

Agens ex nulla causa, dolo agit 183.26

Agens ex stipulatione, doli exceptione non repellitur 194.6

Alienatio habens titulum onerosum, similis est emptioni 219.23

Alienandum nihil est ante litem contest. nisi autoritate iudicis 239.22

Animus ex circumstantijs probatur, 169.16

Apologus Aesopianus 249.17

Appellare quandiu liceat 148.30

DN. VDALRICI ZASII
IN TIT. FF. NOVI DE EXCEPTIO-
NIBVS SEV PRAESCRPTIONIBVS ET
PRAEIVDICIIS, LECTVRA.



ISTE est liber XLIII. Pandectarum, & sextus huius uoluminis. Continuari potest iste tit. ad partes quas supra habuimus per totum discursum uoluminis nostri: quia haecenus docuimus arma quibus instruitur actor, nunc muniendus instruendusue nobis uenit reus, quo modo sese armet in controuersijs, id quod fit per exceptiones & alias defensiones. Tit. inscribitur de Exceptionibus seu praescriptionibus, & praedictis. Exceptiones quae sunt, satis cognitum est, scilicet quae sunt defensiones reorum. Quod autem exceptiones etiam nominantur praescriptiones, Paul. de Cast. hic dicit tunc recipi, quando ex lapsu temporis se reus tuetur: puta reus contendit lapsa esse tempora legitima, & sic actor in primo limine excluditur. Hoc est uerum aliqua ex parte, quia de istis praescriptionibus s. habebimus tit. ij. Sed in uniuersum haec assertio Pauli non est uera, quia praescriptio in uniuersum sumitur pro exceptione sine aliquo delectu. text. est in l. praescriptione. C. eod. tit. ubi dicit Imp. praescriptione fori utendum esse ab initio, ut actiones excludantur: & ita accipit Quintil. lib. 7. cap. 6. praescriptionem, qui dicit: Cum de praescriptione lis est, de re quaeri non est necesse. Ignominioso patri filius praescribit, hic de eo solo iudicatio est an liceat. Sensus est Fabij: Cum controuersia incidit circa praescriptionem, id est, circa aliquam exceptionem, tunc de ista sola praescriptione & exceptione quaerit, de causa principali quaeri non est necesse. Vnde si pater uendicat filium iure Quiritium, filius praescribit patri, quod sit ignominiosus, infamis, iniurius, leuis homo, & non debeat uendicari ab eo: ecce dicit Fabius, de eo solo iudicatio est, an sit filius uendicandus an non. Hoc non ignorauit l. C. qui inscripsit tit. de except. & praescript. Sed quid quod annectit de praedictis: Gl. frigidè transit suspenso gradu, dicens: Sicut est actio praedictalis, ita & exceptio praedictalis: nec aliter declarat. Bart. non attingit uerbo, nec ullus Doct. quem ego legerim: nec est mirum, quia nomen praedicti non erat eis omnino compertum. Dicite ex mente Quintil. lib. 5. cap. 2. praedictum esse defensionem, qua nitimur ex sententia prius data, uel in futurum danda. Nam si Titius contra Sempronium staret iudicio in aliqua re, Sempronius diceret se obtinuisse in ea re sententiam, iam ipse excipit de praedictio, hoc est, de ante iudicato. Hoc praedictum, quantum ad praesentia pertinet, est in duplici differentia. Aliquando reus adiuuat se ex re iudicata, aliquando uero tuetur se ex sententia quae danda est necessario, & nondum data est. Primo modo praedictum tractatur à rhetori-

Praedictum quid.